ueniam · & parebo ante faciem tuam
Fuerunt mihi lacrimae meę paneſ per diem ac noctem ·
cum diceretur mihi tota die · ubi ē dſ̄ tuuſ ·
Horum recordatuſ ſum · & effudi in me animā meam ·
quia ueniam ad umbraculum · tacebo uſq; ad domū dī ·
In uoce laudiſ & confeſſioniſ · multitudiniſ feſta
CELEBRANTIS ·
Quare incuruariſ anima mea · & conturbaſ me ·
Expecta dm̄ quia adhuc confitebor ei · ſalutaribuſ
uultuſ eiuſ ·
Dſ̄ mſ̄ in memet ipſo anima mea · [in] curuatur · propterea
recordabor tui de terra iordaniſ · & hermonim de
monte minimo ·
Abyſſuſ abyſſum uocat in uoce · cataractarum tuarum ·
Omſ̄ gurgiteſ tui & fluctuſ tui · ſuper me tranſierunt ·
Per diem mandauit dnſ̄ miſericordiam ſuam · & nocte
canticum eiuſ ·
Mecum oratio dō uitę meę · dicam dō petra mea quare
oblituſ eſ mei · quare triſtiſ incedo affligente inimico ·

Sit uia illorum tenebrae & lubricum · & angeluſ dni
perſequatur eoſ ·
Quia fruſtra abſconderunt mihi inſidiaſ retiſ ſui ·
ſine cauſa foderunt animae meae ·
Ueniat ei calamitaſ quam ignorat · & rete ſuum
quod abſcondit comprehendat eum · & cadat
in laqueum ·
Anima autē mea exultabit in dno · & laetabitur in
ſalute ſua ·
Omnia oſſa mea dicent · dne [illegible] ſimiliſ tui · eruenſ
inopem a ualidiore · & pauperem · & mendicum
a uiolento ·
Surgenteſ teſteſ iniqui quę neſciebam interrogabant me ·
reddebant mihi mala pro bono · ſterilitatem animae meę
Ego autē cū infirmarentur ab eiſ · induebar cilicio · humilia
bam in ieiunio animā meā · & oratio mea ad ſinū
meum reuertetur ·
Quaſi ad amicum · quaſi ad fratrem meū ſic ambulabā ·
quaſi lugenſ mater triſtiſ incuruabar ·

License: cc-by-nc – Urnäsch, Gemeindearchiv Urnäsch, Fragment, fragm1a – Psalterium iuxta Hebraeos (https://fragmentarium.ms/view/page/F-monc/808/36853)